Minor pz. qꝛ multi dicũt se esse natos sub tali ꝯstellatõe ꝙ nõ possunt re-sistere luxurie. alij dicũt se esse natos sub tali ꝯstellatõe ꝙ vinculũ castitatis infringere nequeũt sed semꝑ casti manẽt. ḡ videt̃ ꝙ in hoc excusant̃. In op-positũ arguũt theologi nã votũ ꝯtinentie cuilibet ordini est annexum. ergo nullus p̃t aliquã cognoscere sine pctõ. qꝛ in hoc ꝙ aliq̃s transgredit̃ votuꝫ ꝯtinentie peccat mortaliter. Secũdo sic arguit q̃dam doctor theologie. sa-cer ordo ꝓhibet ꝯtractũ mr̃imonij. ḡ potiꝰ cognitõem carnalẽ. Tenet ꝯñ a qꝛ si hoc qđ magis licitũ est nõ licet. ḡ nec id qđ minꝰ. sꝫ magis licꝫ aliquã cognoscere matrimonialit̃ q̃ꝫ extra matrimoniũ. ḡ si ꝑmũ nõ licitũ est. nec se-cũdũ. Tercio sic arguũt. hoc qđ nõ ꝯcedit̃ alijs hoibꝫ sine pctõ mortali. hoc etiã sacerdotibꝫ nõ ꝯcedit̃ sine pctõ mortali.. sed cognoscere mulierez extra matrimoniũ nulli ꝯcedit̃ ai sqꝫ pctõ mortali. ḡ minime ꝯceditur sacerdoti Minor pꝫ ꝑ ꝓphetã dicentem Fornicatores ꝛ adulteros iudicabit dñs. et his tribꝫ rõnibꝫ quilibet clericus dꝫ obuiare istis q̃ dicũt ꝙ fornicatio occul-ta nõ sit pctm̃ mortale. Ad aliud dubiũ rñdet̃ ꝙ sacerdos quãtũcũqꝫ sit se-cretus nõ excusat̃ a fornicatõe ꝛ ꝑ ꝯñs nec a pctõ mortali. vt patuit ex. dic-tis. Sed tũc ad rõnem quãdo dicebatur si non potest esse castus ꝛc. dꝛ ꝙ il-la littera autoris intelligit̃ solũmodo ꝑsuasiue ꝛ nõ consultiue vel admissi-ue. q̃si diceret tutius est secrete q̃ꝫ manifeste facere. Sed ad scđam qñ dꝛ ali-quẽ nasci sub tali ꝯstellatione vel tali intelligit̃ dupl'r. Uno mõ gr̃a corꝑis vel ꝑ modũ inclinatõis corꝑis ꝛ sic natꝰ sub tali vel tali ꝯstellatiõe magis inclinat̃ ad hoc q̃ꝫ ad illud. Alioͦ intelligit̃ q̃ ad aĩam. et sic non est verũ. qꝛ planete nõ nccitant sed inclinant. ḡ ꝯstellatio nõ excludit pctm̃.

sᵉ existẽte in bonis tꝑalibꝫ ꝛ bñficijs
Patri presbytero puerum succedere nolo
.i. filij nõ pñt
Presbyteri nati nequiunt succedere patri
.i. pñnis hereditatibꝫ .i. in curatꝫ bñficijs sᵉ missaꝫ
In patrimonio vel cura vel celebrando
sᵉ filijs .i. placet
His dispensare si vult poterit bene papa
sᵉ hõ .i. excõicatões .i. clerici hñtes potestatẽ
Nullus habet bannos nisi persone speciales
.i. hñtes eoꝝ autoritatẽ
Ut sunt pastores vel eorum legitimati
sᵉ epi .i. excõicare .i. valẽt. sᵉ admittit̃
Quiqꝫ suis locis banire solent alijs non
.i. spẽalis sᵉ sacerdotibꝫ data. autoritas
Unica ni sit eis super his collata potestas
.i. locũ dat .i. capellanus
Pastori cedat de iure vicarius omnis
ꝑriꝰ pastor sᵉ pastore. sᵉ missaꝫ sᵉ eccl̃ia
Legitimus. nullus sine quo celebrabit in illa

Hic est vltima pars istius capli in qua autor p modū notabilis infert quoddā documentū de filijs psbyterorū dicens. q filij psbyterorū nō possunt succedere patri in patimonio. i. in paternis hereditatib9. nec in beneficio Deinde ponit aliud documentū q nullus hz alios bannire nisi esset persona spūalis. vt epus. ppositus. z officialis. z hi in proprijs locis habent bannire scz in dyocesi ppria. z non habēt alios in bannū facere extra dyocesim ppriaz nisi ex spēali ɔcessione eis collata

Primo notandū. littera dt q filij sacerdotū nō debent succedere patri in beneficijs. hoc est distinguēdum. qz filij sacerdotū vel volūt manere in seculo vel non. si non sed intrant religionē tunc pmouētur ad sacros ordines sine dispensatione. qz tunc ordo dispensat cū eis. Pro quo tamen sciendū q filij sacerdotū in religione impediūtur aliquib9 casib9. scz q non possunt pmoueri ad dignitates. qz non possunt fieri abbates priores gardiani zcēa. Si vero tales manent in seculo. tūc est distinguēdum. qz vel volūt ɔsequi beneficia patris de iure ɔmuni. z sic nō possunt. verbi gratia si pater alicuius habuisset curatū bnficiū tūc de iure ɔmuni fili9 nō posset sequi ad illud beneficiū. Aut intelligit q posset sequi cum dispensatione. z hoc est tripliciter. Nam qnqz cum talib9 fit magna dispensatio. scz q possunt sequi alia beneficia q̄z paterna. Alio mō fit cū eis maior dispensatio scz q possunt ɔsequi beneficiū paternū mediate z nō immediate. scz vt ipse esset tercius vel quart9 post patrem. Tercio cū his fit dispēsatio maxima. scz qn a papa tāta dispēsatione dotent q imediate paterna pnt ɔsequi

Secūdo notandū p modū dubij. qz aliqs dubitare possz quis hz dispensare cum filijs sacerdotū. Rndetur si tales pmouentur ad ordines minores z ad beneficia non curata. tūc epus pt cum eis dispensare. Si aūt promouent ad ordines maiores siue ad sacros ordines. tunc solus dominus apostolicus potest cum eis dispensare.

Ultimo notandū. q bona clericorū debent diuidi in quattuor partes pmam partem debēt seruare pro se z pro familia sua. Secūdam partē debēt dare ad restaurationē ecclīarum. scz ɔparādo libros z calices z alia necessaria ecclīe. Terciam partē debz dare paupib9 aduenientib9 pure pter deū et non pter laudem vel aliquā aliam cām mūdialez. z ergo nō debēt bona eorū histrionib9. ioculatorib9. meretricib9 dare. Quartā vero partez clerici debent suis parentib9 nō pter affinitatem sed pure pter deum dare de suis bonis. Et hoc bene designatū est p Joachim phetam qui oīa sua bona in quattuor partes diuisit. primā misit in tēplo. secūdam dederat aduenientib9. terciam ptē dedit pauperib9 amicis suis. quartam reseruauit pro se z pro familia sua. Sed heu clerici nihil curant de talib9. neqz eīn curāt deum neqz sacram scripturā. neqz exempla sanctorū z sanctarū. neqz diabolum neqz hominē. sed potius ɔsumūt bona ecclīe in tabernis z cum meretricib9 pessimis z histrionib9. et inqūtum quis magis est histrio z garrulosus intā tum eum magis diligūt. ipsi eīn bona eorū sic inutiliter exponūt. ergo ve ve et iterū ve ipsis. qui ita bona christi inutiliter exponūt. exeo q istud qd̄ istis offertur pure pter deū illud ɔsumūt cum meretricib9 z cū alijs nequitiosis hoīb9. et illud qd̄ donatur nō est ipsorū ppriū. sed est hereditas z possessio christi. qz illa bona christo offerentur. sed quia clerici gerunt vices christi in

hoc mundo. igitur ista bona tollunt. ergo ve ve ve et in infinitum ve ipsis cum non curant sancta euangelia et sacra iura ecclesiarum. sed viuunt bestialiter secundum placitum eorum absque iuribus. quia pauperibus et christifidelibus denegant frustum panis. cum tamen ipsis aliquando possit porrigi frustum auri vel argenti. quia tamen deus gloriosus et omnipotens precepit benefacere in pluribus locis sacri euangelii dicens. quod vni ex minimis meis feceritis mihi facitis. Item dicit sacra scriptura. sicut aqua extinguit ignem sic elemosyna extinguit peccatum. et alibi dicitur. Date et dabitur vobis. comedite pinguia et mittite partem eis qui non prepararuerunt sibi. Item alibi. pauperes enim semper habetis vobiscum. me autem semper non habebitis. quibus sacerdotibus ita non facientibus dicit propheta. non sic impii non sic etc. Item ex alio. non licet sanctum dari canibus. Item induratum est cor pharaonis. ergo ve istis clericis sic facientibus. quia eternaliter damnabuntur

.i. cum astucia — hic — aliquos
Fraude vel arte mala mundi si quos spoliasti
predator — fenorarius
Si raptor fueris aut vsurarius aut fur
tam dictis — auxilium
His aut consilium dederis vel opem scio quod non
.i. transitus ad limina sanctorum
Te via sanctorum nec crux nec passio christi
scilicet in confessione — .i. furta vel spolia
Absoluant quin sint hec omnia reddita. reddi
ablata — possunt reddi — .i. postula
Si poterint. si non quos lesisti pete quod te
.i. supportatum habeant — spolium — .i. oresto — intentio
Sustineant. tua sit reddendo parata voluntas
.i. peregrinaberis
Ieiunes ores facies iter atque labores
vales — hominibus — ablata
Quantumcunque potes pro lesis vt sua reddas
scilicet lesis — reddere
Si sibi sic nequeas aliter. via verior hec est

Istud est capitulum secundum istius tractatus. in quo determinat de raptoribus furibus et aliis malefactoribus. Et potest hoc capitulum diuidi in tot partes quot ponit doctrinas. partes patebunt. Primo dicit sic. si spoliasti aliquem fraude vel mala arte in hoc mundo. videlicet si fueris raptor vsurarius vel fur. vel dederis consilium vel auxilium istis tunc nullus te absoluere potest nisi furta vel rapina reddantur si reddere poteris. quia nec vita sanctorum nec via seu limina sanctorum. nec crux christi nec passio christi te absoluit. Si autem reddere non poteris tunc pete illos quos lesisti quod te sustineant et quod tibi dimittant propter deum. et habeas voluntatem reddendi. et sic quantumcunque potes satisfacias pro ipsis lesis. videlicet ieiunando. orando. seruiendo et laborando. quia non est alia via tucior quam saluari potes

¶ Primo notandum. Hic habetur in litera de quattuor speciebus quibus aliena

tollantur .s. furtum vsura ⁊ spoliū ⁊ rapina. de trib⁹ vltimis dicet̄ infra Sz de furto vidēdum est hic. Sciēdum ergo p̄mo. furtum sic definit̄. Est subtractio rei aliene corꝑalis mobilis grā lucri faciēdi inuito dn̄o suo fraudulenter. Dicit̄ primo (subtractō) vn̄ ipa subtractio facit furem ⁊ nō volūtas Nō quia hō habēs voluntatē furandi si nō furatur nō dr̄ fur. Dicit̄ secūdo (rei aliene) quia si recipet suum ꝓprium alicui ꝓpter hoc ipe nō diceret̄ fur ni si tunc in casu istā rem obligasset alteri. qr̄ si tūc reciperet fur diceret̄. Ulterius dr̄ (corꝑalis) ad drn̄tiam rei incorꝑalis que nec videri nec palpari p̄t vt aīa spūs que non possunt furari. Dicitur (mobilis) ꝓpter rem immobilem q̄ etiā furari nō potest. vt est mā̄sio pratum. ⁊ sic de alijs. qr̄ soluz qđ moueri pōt furatur. Dicit̄ vlterius (grā lucri faciendi) qr̄ si aliq̄s reciperz aliquā rē non cā lucri non dr̄ furtū commisisse. vt si aliquis reciperet aliquā virginē religiosam nō causa lucri sed cā libidinis ille magis dr̄ cōmisisse rapinā q̄z furtum. Dicitur vlteri⁹ (inuito dn̄o suo) qr̄ si aliq̄s reciperz aliquā rē. cū consensu dn̄i illius rei nō diceret̄ fur Ultimo dr̄ (fraudulēter) eo ꝙ omne furtū fit fraudulēter. Et dr̄ a noīe furnus .i. obscurus. qr̄ fur furatur tp̄e obscuro. Item nota. duplex est furtū. quoddā manifestū. ⁊ quoddā secretū. furtū manifestū est quā̄do aliq̄s cū re subtracta app̄hēditur. Sz furtū secretum est quā̄do aliq̄s cū re subtracta nō app̄hēditur. Et de vtroqz furto intelligitur lrā. qr̄ talis fur tenetur ad restitutōem. vn̄ hoc est ꝙ furtū generale nomē est ad oīa furta. sed alia st̄ noīa specialia. sicut sacrilegium ⁊ alia q̄zplura que infra patebunt

¶ Ultimo notandū. lrā dicit ꝙ nō est alia via satisfaciendi de furto nisi ꝙ ablatum restituatur. qr̄ dicit beatus Aug⁹. pctm̄ nō dimittitur nisi ablatū restituatur. Etiā dicit dn̄s in euā̄gelio. ligatis manib⁹ ⁊ pedib⁹ ꝓijcite eum in tenebras exteriores donec reddat nouissimū quadrantē. Item alibi in euangelio dr̄. reddite que sunt cesarꝛ cesari. ⁊ deo que sunt dei. immo nec placet deo sacrificiū nec oblatio sine restitutōe ⁊ reconciliatōe fratris. vnde sup Matheū legitur. p̄us recōciliare fratri tuo ⁊ tunc venias ⁊ offeras munus tuū. Pro quo sciendū ꝙ tales qui sic obligantur ad restitutōem. vel possunt habere vel nō. Si pn̄t hr̄e hoc est dupliciter. vel em̄ remittitur a lesis vel non. Si remittitur a lesis q̇bus bona receperūt tūc nō obligā̄tur. si nō remittitur eis tūc obligā̄tur ad restitutōem inq̄ntum habēt. Si autem nō habēt tūc lesus debet expectare pinguiorē fortunā donec illa possunt solui Si tunc isti lesi mortui sunt tunc tenentur restituere heredib⁹ horū Et si heredes nō fuerint tūc debēt facere s̄m consiliū ꝯfessoris vel epi quorꝛ interest talia dispēsare. Si autem illi de nihilo habēt satisfacere tūc debēt pijs operibus .s. ieiunijs orōibus seruitijs ⁊ alijs laboribus satisfacere leso s̄m ꝙ autor docet in littera.

.i. furta eccis egenis
Si male quesita das claustris pauperibus ve.
q̇b⁹ abstulisti defrauderis
Et nil das lesis. sic dando decipieris
.i. null⁹ loc⁹ grē .i. reddēdi potētia
Non locus est venie si sit tibi reddere posse

gre .i.postpone furta redde
Spem venie pone male. vel quesita repone.
vltima pĩna.s.in agone existis
Vespertina tibi contricio si datur et sis
tua oñdendo tibi miscdiaz
Pure confessus peccata deus miseretur
aliq̃ mõ spoliata .s.rapinã
Si potes ꝛ reddas que sunt ablata per illam
s^e sufficiũt s^e q̃ ad salutẽ aĩe
Nil lachꝛyme gemitus confessio sed dare pꝛodest
furaris s^e equũ .i.volũtarie monachis
Si mihi tollis equum quem das de mente pꝛioꝛi
nihilominꝰ es fur ad salutẽ s^e tali mõacho
Raptoꝛ ꝛ es quia nil pꝛodest ꝙ restituisti
vulnero .i.medeoꝛ .i.est laboꝛ inutil'
Si tibi frango caput ꝛ inungo pedes aro littus
s^e tu fur s^e tibijpi ꝑ furtũ.
Si pius esse cupis medicus loca lesa resana
lesi moꝛtui etiã defũcti fuerint
Hi si defuncti sint heredes vel eoꝛum
egenis vales furta licite
Ecclesijs vel pauperibus potes hec dare tute
s^e bona accepta ꝯfessoꝛũ
Hec que rapta putes de consilio senioꝛum
.i.reddas turpe acq̃sita sacra scriptura.
Restituas habita male .lex quia sic iubet esse
s^e põt fieri q̃ꝫ dcm ẽ ꝯdemnãt furẽ
Non aliter. sed qui dicunt aliud perimunt te

Hic autoꝛ ostendit q̃bus bona ablata sunt restituenda. Et dicit si male acq̃sita des ecclesijs vel pauperibus ꝛ nõ restituas eis quibus sunt ablata tunc decipieris. ꝛ si habes tantũ in posse ꝙ potes reddere tũc tibi datur locꝰ indulgẽtie ꝛ debes poscere spem venie. ꝛ male acquisita penitus reddere. sꝫ si isti q̃bus bona illa ablata sunt: sunt moꝛtui tunc licite potes illa bona dare pauperibus vel ecclesijs ẜm consilium tui confessoꝛis. ꝛ si quis dixerit oppositum puniendus est tanq̃ꝫ transgressoꝛ pꝛeceptoꝛum. ꝛ talis decipit te ducens te in eternam damnationem

¶ Primo notandum. ꝙ dicitur in littera ꝙ ille qui male acquisiuit bona tenet᷑ ea reddere leso ꝛ nõ alteri. Rõ est. quia si alteri redderet bona ablata tunc adhuc non esset satisfactum lesis. q̃m adhuc carent bonis eoꝝ iniuste. Sꝫ diceret aliquis si fur vel latro debet restituere leso bona ablata tũc posset eũ interficere ꝓpter furtũ ꝯmissuꝫ. ꝰ videt᷑ ꝙ nõ sit faciẽdũ. cuiꝰ oppositũ tñ dẽ lrã. Respondet᷑ ꝙ ille fur vel raptoꝛ debet caute agere pꝛestando illa

bona suo ꝯfessori. ⁊ ille ea restituet. ⁊ sic iuxta furem nõ erit periculũ

¶ Secũdo notandũ. licet ẜm leges teneaṯ reddere q̃druplum ⁊ fur occultus duplũ. tamẽ ẜm canones sufficit ip̃m reddere ablatum ⁊ non plus. vt patꝫ extra de raptoribꝫ ¶ Tercio notandũ. ꝙ om̃ia que hic dicunṯ de restitutõe spoliatorũ intelligi debet de habẽtibꝫ vnde restituãt. sꝫ si raptor non hꝫ tũc põt accedere istos quos lesit ꝑ spoliũ vel eorũ heredes ⁊ petere vt illi indulgeant. Item notandũ. ꝙ si isti spolia ⁊ eorũ heredes mortui sunt tunc raptor vel fur dꝫ illa bona dare paupibus vel ad ꝯstructõem ecc̃iarũ vel viarũ. Et rõ est. quia cũ spoliati mortui sunt ⁊ cũ hoc eorũ heredes. tũc illa bona vacant christo cuiꝰ heredes sunt paupes. iõ merito illa bona dñt habere. Sꝫ si spoliatus dimitteret heredẽ post se. tũc illi talia bona dñt dari. cã est. qꝛ illa bona post mortẽ lesi sunt ꝓpria ipsiꝰ heredis. ex quo ip̃e succedit leso in bonis. Dubitaṯ. vtꝝ fur teneatur restituere prouentus cuꝫ re furata. Verbi grã ponaṯ ꝙ equus sit res furata ⁊ ꝙ valet triginta marcas qñ furaṯ. ⁊ postea tp̃e restitutõis valet q̃nquaginta marcas nunquid tenetur eũ sic restituere. Respondeṯ ꝙ sic. quia non solum furtum est restituendũ sed ⁊ omnes prouẽtus a furto sunt restituendi. ⁊ si furtum se meliorauit eque bene eodem modo restitui debet.

¶ Ultimo notandum. ponaṯ ꝙ aliqua negligentia sit facta circa furtũ: nũquid fur ad restitutõem vel ad recuperatõnem neglecti teneaṯ. Rñdeṯ ꝙ sic. Imo oĩa neglecta circa furtũ teneṯ recuperare ⁊ restituere.

i. trades i. aliquẽ pctã ꝯfitetur
Non prodas quenq̃ tibi cum sua furta fatetur
aliq̃s corrigat furem
Nec das consilium ꝙ conscius arguat ipsum
sᶜ ad mortẽ furẽ iudicialṯ
Condemnaret eum sententia si capitalis
i. de officio p̃sbiteratꝰ deponẽdus
Officio proprio reprobus tunc efficieris
sᶜ aliꝰ furti ꝑ sacerdotẽ i. si fuerit excõicatꝰ
Conscius absolui debet si forte ligatus
i. ꝯsciꝰ est i. recepit a tali furto
Est. quia consciuit rendat si quid tulit inde
recepit instrues ablatũ restituere
Si nihil. inducas furem furtum dare. nam si
sᶜ a te tu sacerdos
Fur nil dat monitus taceas nil amplius addas
ꝑ maifestatõez inferre dãna
Prodita plura reor generare pericula possent

Hic autor ponit aliud documentum de furibus dicẽs. ꝙ nullus presbyter cui aliq̃s est confessus se esse furem debet prodere illũ. nec debet alicui dare consilium vt manifestareṯ fur. Cuius rõ est. quia si fur postea cõdemnareṯ ad mortẽ p̃sbyter eẽt irregularis. Subdit si aliq̃s sit ꝯsciꝰ furti alicuiꝰ s.

ꝙ sit ligatus sentētia excōicationis ille debet absolui dummō ip̄e restituat
si aliqua bona sustulit. Et ille etiā debet furē inducere ꝙ ip̄e bona oblata re/
stituat. Et si fur nō velit ꝓpter monitōem istam oblata reddere. tūc ipse
debet a monitōe desistere ne generetur periculum furi ex illa monitōe.

¶ Notādum. nullus p̄sbyter debet ꝓdere furem qui ei ꝯfessus est de fur/
to. qꝛ al's ip̄e esset p̄uandus officio ⁊ bn̄ficio ⁊ fieret irregularis si fur suspē/
deret̄. Rō est. qꝛ vt sic ip̄e eēt homicida. vt pꝫ in iure de homicidio caᵒ su/
scepimus. nā ad hoc ꝙ aliquis fit homicida sufficit ꝙ ip̄e dat ꝯsilium vl' iu
uat ad hoc ꝙ aliqͣs interficiat̄. qꝛ cōsiliū facit hoīem reū in facto.

¶ Secūdo notandū. dicit̄ in littera ꝙ presbiter nō debet manifestare fureꝫ
Cōtra hoc habet̄ quadragesima distinctōe vbi rep̄hendunt̄ clerici q̄ volūt
beniuoli videri ⁊ celant pctā ⁊ nolūt complere quod scriptū est. peccantem
corā hoībus argue vt ceteri exemplum habeant inde. ⁊ ibi allegat̄ dictum
apl'i qui dr̄. tradite hm̄oi hoīem sathane ad nutrimentū hoīs. Ibidē dr̄ eti
am ꝙ ipi nolūt adimplere dictū euangelij vbi dr̄. Si videris peccātem pri/
mo secrete argue eum. scd̄o argue eum corā aliq̄bus testibꝫ. tercio manifeste
corā omni ppl'o. Et si non velit desistere dꝫ remoueri ab eccl'ia. qꝛ vna ouis
morbida inficit totū gregem. g̊ ex his oībus habet̄ ꝙ p̄sbyter tenet̄ manife
ste arguere quēlibet peccantē. Et hoc nō potest fieri nisi ꝓdet ⁊ manifestat
pctm̄ eius quod fieri est cōtra p̄dicta. Ad istud dubium rn̄detur ꝙ pecca/
ta sunt duplicia. q̄dā em̄ sunt occulta. ⁊ talia nullo mō dꝫ p̄sbyter reuelare
si ei occurrūt in ꝯfessione. Alia sunt pctā manifesta. ⁊ de his intelligunt̄ ea q̄
sunt dicta in q̄dragesima distinctōe. qꝛ qui peccat manifeste corā omnibꝫ
corrigi debet. q̄ vero occulte peccat debet corrigi occulte.

¶ Tercio notandū. littera dicit ꝙ sacerdos nō debet ꝓdere ꝯfessionem seu
cōfitentē. qꝛ per hoc cōfitens possit incurrere penā capitis. ⁊ sic talis effice/
ret̄ irregularis. sic em̄ dr̄ beatus Augustinꝰ. ꝑ ꝯfessionem hoc scio minꝰ q̄ꝫ
quod nescio. ⁊ g̊ neqꝫ signis neqꝫ nutibꝫ dꝫ manifestare. Si aūt nō est in cō
fessione tunc secus est. qꝛ tunc scit vt hō. sed ea que ꝑcipit in ꝯfessione scit vt
deus. ⁊ ergo minime reuelare debet.

¶ Ultimo notandū. cōfessio manifestat̄ dupl'r. vno mō directe. alio modo
indirecte. Indirecte manifestat̄ dupl'r. vno mō quādo laudat aliquē in pro
pria ꝑsona. alio mō quādo laudat ip̄m in ꝑsona aliena. In ꝓpria persona sic
manifestat̄. vt si aliquis vir haberet suspitōem de muliere. ⁊ tūc ꝯfessor lau
daret eam corā marito. ⁊ si mulier postea adulteraret̄. ⁊ si sacerdos tūc tace
ret nō laudans eā. iā talis videt̄ manifestasse confessionē. Scd̄o manifestat̄
in ꝑsona aliena. verbi grā si duo ꝯfiterent̄ vni sacerdoti. ⁊ iste sacerdos vnū
laudat ⁊ de reliquo tacet. tūc iam videt̄ esse ꝓditor ꝯfessionis. quia tunc sta
tim suspitio habet̄ de isto alio quare eū etiā nō laudat. Sed directe aliq̄s vi
det̄ manifestare ꝯfessionem quādo aliq̄s specificat ꝑsonā vel culpā vel vtra
qꝫ simul. vn̄ quandoqꝫ specificat seu manifestat ꝑsonam tm̄. vt si diceret. ho
die confessus est mihi iste homo. ⁊ est turpis ⁊ peccator magnus. Secundo
manifestat culpam tm̄. vt si cōfessor diceret. hodie confessus est mihi homi/
cida. ⁊ ponatur ꝙ tm̄ vnus sit ei confessus isto die. Tercio manifestat cul/
pam ⁊ personam simul. vt si aliquis diceret. ille est turpis homo. fecit enim
tale nephas vel peccatum.

aliquē excōicatōis
Si contra furem banni sententia detur
spoliat⁹ .i.absoluet
Si furto lesus instet fur hic religetur
sacerdoti ꝯstaret .i.possꝫ s^e furē
Si tibi constiterit ꝙ fur dare nil queat. illum
occulte .i.a tali absolutōe
Secrete soluas ne scandala perueniant hinc
.i.stricti⁹ ei ꝓ pñīa spoliata s^e ꝙ
Artius iniungas cum possit reddere reddat
inhibem⁹ s^e illos restituere valent.
Nolimus absolui qui furtum reddere possunt
.i.herus famula p̄mia laboris suus
Si dominus seruo sua non dat. ⁊ iste laboris
subtrahit suū s^e tal' seruus
Furetur precium fur est. nec furta tenetur
.i.restituere furti .i.deleat
Reddere. sed crimen confessio diluat ipsum

Hic autor ponit aliud documentū volēs. si aliqs sit excōmunicat⁹ ꝓp‑ter furtū ⁊ petit se absolui ab excōicatione: debet eū absoluere si cōstat ei ꝙ fur nō pōt reddere bona q̄ subtraxit. ⁊ hoc debet fieri secrete ne exīn scāda‑la ꝑueniant. Et dꝫ sibi iniūgere vt quādocūqꝫ poterit ista bona hr̄e ⁊ colli‑gere vt penitus restituat. ⁊ si fur reddere sufficeret bona. tūc nullo mō debe‑ret eū absoluere nisi p̄us redderet. Tūc subdit. si seruus aliqs furatur dño eius p̄miū quod ꝓ seruitio meruit ⁊ dñs ei dare noluit iste seruus dr̄ fur. nō tamē tenet̃ restituere oblata. sꝫ ꝑ solā ꝯfessionē tollit̃ crimen.

¶ Notādum primo. ex lrā habet̃. si aliqs nō potest ablata restituere ip̄e dꝫ absolui a sentētia excōicatōis ne ei generent̃ scandala. ⁊ maxime si hꝫ volū‑tatem simpl'r restituēdi. quia bona volūtas habet̃ pro effectu. q̄re ei pñīa de‑neganda nō est. ex quo gloriosus deus nō vult mortē peccatoris. ⁊ hoc pꝫ extra de raptoribꝫ. Sed tñ si fur vel raptor posset ablata restituere tūc ipse nullo mō pōt absolui nisi restituat. Quia pctm̄ nō dimittit̃ nisi ablatuꝫ re‑stituatur. ⁊ hoc p̄cipue verū est de istis qui pñt restituere

¶ Secundo notādum. seruus q̄ furat̃ dño suo p̄mium deseruitū ꝯmittit furtuꝫ. ⁊ hoc est verꝫ in quolibet casu ꝯsimili. Et sic aliquis potest commit‑tere furtum in re propria. ⁊ hoc non est inconueniens.

¶ Tercio notandū ꝑ modū dubij. aliqs sumēs monitōem cū sñīa sup̄ ali‑quē furē general'r. sic ꝙ nescit̃ quis sit ille fur. sic ꝙ in gñali dicat̃. quicūqꝫ re‑cepit hanc rē est in maiori sñīa excōicatōis. ⁊ talis postea veniēs ad ꝯfessio‑nem ⁊ bñ habꝫ vñ satisfaciat sꝫ nō vult satisfacere. si ḡ talis ingerit se diui‑no officio; dubitat̃ vtrum confessor suus debeat celebrare coram eo vel nō. Et videt̃ ꝙ nō. qr̄ si celebraret ꝓ eo ⁊ sciret eū esse in sñīa excōicationis sta‑tim esset irregularis ⁊ suspensus ab officio. Si vero corā eo nō celebraret

tunc statim haberet suspitio cur corā eo nō celebrarꝫ. ⁊ illo modo statim generaret scandalū tali. Respondet ꝙ ꝯfessor in hoc casu inquātum pōt debꝫ vitare ne celebret coram eo inquātum est sine scādalo. ⁊ ḡ si celebrat coraꝫ eo ⁊ scandalū euitare non pōt ꝓpter hoc nō suspendit ab officio. qꝛ scit tale crimen sicut deus ⁊ nō sicut homo. qꝛ scit ꝑ ꝯfessionem. ⁊ qꝛ deus noluit ꝓdere secreta. qꝛ suum traditorem alijs discipulis noluit manifestare. ḡ sacerdos illa que scit ꝑ ꝯfessionem inquātum deus minime manifestare dꝫ Sed secus est si aliq̄ essent ei reuelata extra confessionem

¶ Quarto notādum. aliquis fur veniēs ad cōfessionem volēs satisfacere leso q̄ est in ꝑtibus alienis nūquid tenet eum querere. Rñdetur ꝑ distinctōem. quia vel iste qui obligat scit lesum esse in certo loco vel nō. si non. tūc nō obligatur ad q̄rendū eum. sꝫ facere dꝫ cōsiliū discreti confessoris vel diocesani. Si vero scit lesum eē in certo loco. tunc iteruꝫ est distinguēdū. vel em̄ ꝯsumptus extendūt se ad pecuniam furatā vel nō. si extēdūt se ad tātā pecuniam. tūc ꝯsumpt⁹ non sunt estimādi. ⁊ dꝫ residuū leso p̄ntari. si aūt consumptus nō extendūt se ad pecuniā furatā tūc nō tenetur eū querere

¶ Ultimo notandū. mgr̄ dicit in lrā ꝙ seru⁹ q̄ subtrahit dn̄o suo p̄miuꝫ deseruitū nō tenetur ei restituere. Pro q̄ sciendū ꝙ aliquē eē furem intelligit dupl'r. vno mō vere. ⁊ sic iste dr̄ fur q̄ recipit aliena sicut ꝑ̄us visum est Alio mō silr̄itudinarie. ⁊ sic seruus dr̄ fur q̄ recipit dn̄o suo tātū q̄ntū est de p̄mio deseruito ⁊ nō plus. qꝛ dr̄ fur ꝓpter hoc. qꝛ si ꝯphenderet ⁊ dn̄s vellet malignari. tūc possꝫ iudicari ad mortē. sꝫ tn̄ nō obligat restituere. Et h̄ inq̄ntuꝫ furtū nō excedit p̄miū deseruitū. sꝫ sola ꝯfessio dꝫ illud crimē tollere

subtracta .i. ille tenet restituere sic fur.
Furta scienter emens cum fure luat scelus idem
.i. rapinis .i. inuenire
De spolijs sentimus idem. si non reperire
valeres egenis s^e^ ablatū
Personas lesas poteris tunc pauperibus des
.i. grā .i. offensoꝝ amicorū.
Nomine lesorum valet hoc animabus eorum
ꝓ furto s^e^ illud p̄miū
Si fur vel raptor quod eis dederas dare nolunt
s^e^ tātū ꝗdicere fures vl' raptores spolio furib⁹
Hoc est si non dant quod pro furto dederas his
.i. ꝑncipalē pecuniā .i. postules
Non capitale tuum repetas illud. quia iusto
s^e^ illud .i. ꝑuersa tribuisti.
Judicio perdis. quod iniqua lege dedisti
cōparasti aliqd .i. grā restitutōis
Si tamen emisti furtum spe restituendi
s^e^ tui iumētū subtractā
Ut si vicini vaccam vel rem spoliatam

ꝓ tali pecunia vacca solidos
Pro solidis tribus emisti bene que valet octo
miscđie
Hoc pietatis opus est si capias solidos tres
sᵉ tūc vicino rē furatā .i. vera ꝯscia
Et reddas furta .iubet hoc intentio sancta

Hic autoꝛ ponit aliud documētū.ꝛ est tale Si aliqͣs emit scienter bona aliq̄ que scit furata eē talis erit reus in facto.ꝛ dꝫ puniri tanq̄ fur. Et eodē mō intelligendū est de spolijs.ꝛ iste q̄ sic emit bona furata.si nō pōt reperire lesum.tūc illa bona debet dare paupibus.qꝛ hoc valebit aīabus lesoꝛum.ꝛ si cōtingeret ꝙ lesus repeteret sua bona furata ab illo qui emit.et fur nollet ei reddere p̄mium ꝓ quo emit.tūc emptoꝛ de iure ꝑdit pecuniā ꝓ qua emit Sed si emisti bona furata illa intentōe vt restituas leso ꝓ mioꝛi pecunia q̄ꝫ valent.tunc exerces opus pietatis.ꝛ debes ei reddere rē furatam dū restitu at tibi p̄mium ꝓ quo emisti. Ponit exemplū in lrā. vt si emisses vaccā ꝓ tri bus solidis que valet octo.tūc nō debes plus repetere nisi tres solidos.et debes leso restituere vaccam suam.

¶ Primo notādum.littera dt.si aliqͣs emit furtū ille erit conscius cū fure. hoc est verū si ip̄e scit illā rem eē furatā.si aūt ignoꝛat tunc est excusatus ꝑ ignoꝛātiam.qꝛ ignoꝛātia excusat pctm̄. Pro quo sciendū ꝙ duplex est igno rātia.aliqua est ignoꝛātia iuris.aliqua est ignoꝛātia facti Ignoꝛātia iuris ē quā qͣs aliqͩd ignoꝛat fieri de iure nō debere.vt si qͣs ignoꝛaret ꝙ nō deberꝫ emere spoliū vel furtum.talꝰ ignoꝛātia minime excusat. Sed ignoꝛātia fac ti est qua qͣs ignoꝛat aliqͩd sic vel sic factum esse.vt si quis emeret aliquā rē et crederet ip̄am bona fide acq̄sitam eē.mō si talis res esset subtracta illo ig noꝛāte talis ignoꝛātia excusaret eum.sed tamē q̄libet tenetur facere dilige tiam in querendo an illa res sit bn̄ vel male acq̄sita.ꝛ si aliquā malam suspi tōem inuenire poterit emere non debet

¶ Secundo notādum.ex lrā habetur ꝙ iste qui emit furtum scienter obli gaꝛ ad restitutōem sicut p̄ncipalis fur.hoc tamē intelligendū est sub distinc tōe.quia iste qui emit furtum vel facit scienter vel ignoꝛāter.si scienter tunc obligaꝛ ad restitutōeꝫ. Si ignoꝛāter hoc est dupl'r.quia em̄ vel emit sub bo na fide vel mala. vnde illud dꝛ emi bona fide quādo aliquis scit ꝛ credit be ne esse acquisitum hoc quod vult emere. Sed illud dꝛ emi mala fide quan do aliquis scit aliquā rem esse subtractam ꝛ tamē non vult scire.modo ille qui emit rem bona fide multos attrahit valoꝛes.p̄mo em̄ valet ad hoc. qꝛ si talis res sit subtracta ip̄e non obligatur simpliciter ad restituendum. Si aūt fuerit restituenda.tunc sua pecunia debet ei restitui ab eo qui vult hͦ ab latum rehabere. Secūdo prodest.qꝛ talis potest illā rem alienare.qđ tamē minime facere posset si malaꝰ fide acquisiuisset. Tercio valet.qꝛ si talꝰ res pe rit ip̄e nō obligaꝛ ad restitutōem. Quarto valet.qꝛ ip̄e p̄t agere in hͦ cōtra venditoꝛē.si āt mala fide emissꝫ.tūc simpl'r teneꝛ ad restitutōem

¶ Tercio notādū est.aliqͣs emit furtū scienter dupl'r. vnoᵒ ad restitutōeꝫ. et sic lesus dꝫ dare ei pecuniā capitalē ꝛ recipe ecōtra rē subtractā. Scđo ali qͣs emit furtū nō ad restitutōem.ꝛ talis amittit suā capitalē pecuniā

sᶜ ꝑdita .i.fracturā nauiū .i.iacturā mariū
Qui bona naufragium patienti siue ruinam
.i.inuenit .i.in q̄cūq; loco sᶜ oblata
Tollit vel reperit vbicūq; sit et nisi reddat
.i.ꝯsciꝰ .i.eťne mortis .i.p̄cepta .i.leges
Est reus eterne pene precepta statuta
.i.mos spᶜ alicuiꝰ sᶜ hoiem
Nec consuetudo terre nec principes illum
sᶜ ab officio .i.sacerdos
Excusant deponatur si clericus hic est

Hic autor ponit aliud documētū de pena illoꝝ q̄ spoliant istos q̄ passi
sunt naufragiū dicens quicūq; spoliant istos qui patiūtur naufragiū rui/
nam vel iacturamet si non reddunt ablata rei sunt eterne pene ⁊ istos non
excusat aliqd̄ p̄ceptum vel statutum p̄ncipis nec etiā ꝯsuetudo terre Et
si talis est clericus tunc deponatur ab officio
Notandum p̄mo isti patiuntur naufragium quoꝝ naues in mari pericli/
tantur vel ꝓpter tactum lapidū vel ꝓpter nimiā tēpestatē Et dr̄ a noie na
uis ⁊ frango frangis quasi fractura nauis mō q̄cunq; spoliat eos est reus
eterne pene Pro quo sciendū q̄ quicūq; spoliāt negociatores vel nauigan
tes sunt excōmunicādi Et q̄ spoliant naufragiū patiētes de facto sunt
excōmunicati vt pz extra de raptoribꝫ ⁊ grauiꝰ puniūtur q̄ spoliant pati/
entes naufragiū q̄ maiores reputātur spoliatores q̄ʒ alij q̄ sm̄ hostiensez
in loco p̄allegato tunc naufragium sepe fit ⁊ iō maior pena ibi adhibetur.
Secūdo est notandū drn̄a est inter naufragiū ruinā iacturā diluuiū nā
naufragiū est fractio nauis scz qn̄ nauis in mari periclitať Sz ruina est illď
periculū qď fit ex dissolutōne asseꝝ vł ex tactu lapidū Sz iactura ē illď pe/
riculū qn̄ naute eijciūt aliq̄s res de nauibꝫ ne simul cū eis periclitanť. Sz
diluuiū est inundatio aq̄ꝝ vł'is Et ḡ si aliq̄s deponeret res ꝓuas ꝓpter ali
qď illoꝝ euenientiū Et alter eas inueniret tūc ille teneť restituer vt dr̄ lrā
Ultimo notandū dubitať vtꝝ q̄libet debeat ablata restituere Et vi/
deť q̄ nō q̄ si restitueret ⁊ ille vellet malignare tunc ip̄e obligasset se pena
mortis q̄ incurreret sententiā capitalē ⁊ ḡ ne aliq̄s obligareť pena capitꝭ
ꝓpter hoc tutius videť nō restituere q̄ʒ restituere sił'r ip̄e restituēs inducerz
sibi malā famā q̄ si restitueret tūc aliq̄ dicerēt ecce illi credimꝰ ⁊ ip̄e nobis
recepit bona ⁊ furatꝰ ē ⁊ sic fierz egra suspicio de illo. rn̄deť vt sup̄ dictū est
q̄ iō tał fur dz illa oblata recip̄e ⁊ dz illa p̄ntare sacerdoti siue suo ꝯfessori ⁊
sic tūc ip̄e recipiēs reddit illa isti cuiꝰ talia ablata fuerūt ⁊ sic tūc ille restitu
ens ablata nō incurrit penā capitis nec famā malā incidit
.i.infideł .i.licite sᶜ donis eiꝰ .i.īimicꝰ
Gens inimica deo iure spoliatur ⁊ hostis
.i.manifestꝰ sᶜ hoies .i.cesariū
Publicus aut quos ius imperiale
.i.oē illď qď sᶜ publico .i.si bellū hz iustā cām
Quod ab hoste rapis si iusta sit actio belli

.i.recipias .i.decēter .i.phibeo s^e donis eog
Accipias licite nolo|ꝙ spolientur amici

Uel que nil nocuit vt subdita gens miserorum
reperias s^e res inuētas s^e possessori
Si res inuenias illas ad restituendum
.i.cui debes instituere .i.trāsit s^e integer
Collige si nescis cui reddas dum preit annus
s^e ꝑcesserūt s^e ꝯfessor
Siue dies plures de consilio sapientum
s^e illas res paupib s^e res s^e lesor
Distribuas vt et hec prosint animabus eorum
s^e lesor s^e inuēte .i.retines s^e reb inuētis
Quorum res fuerant tibi conseruas nihil ex hijs
.i.si nō es indigēs s^e tn inuētor .i.pua
Si non indigeas si pauper tunc moderata
s^e inuētor s^e inuētis
Summa tibi detur ex his opus est pietatis
s^e inuēte .i.puidor hoim .i.bm ꝯsiliū ꝯfessor
Res iudeorum si sint sic distribuentur

Hic autor ponit aliam doctrinā de istis qui sunt iuste spoliandi dicens ꝙ gens deo inimica de iure potest spoliare similiter ⁊ publicus hostis Et isti qui sunt subiecti nō sunt sub imperio cesaris debēt spoliare ⁊ etiam q̄cq̄d aliq̄s aufert ab hoste suo publico dummodo iusta sit causa belli hoc ipe licite potest retinere sed nullus debet amico suo spoliare nec illos q̄ ei nun q̄ nocuerūt Subdit aliud documentū dicens si aliq̄s inueniat aliq̄s res ille potest eas seruare ad restitutōem ⁊ si nō inuenerit dominū illarꝫ rerū infra annum tunc ipē potest licite illas res dare pauperibus Et si ipse nō est indigēs tunc nihil debet de reb istis retinere sed si est paup tunc est op9 misericordie vt sibi de istis bonis moderata summa tribuatur Et si talis res est iudeor tunc debēt dare pauperib totaliter

Notandum pmo tria sunt genera hominū quibus licite potest spoliari. pmo omnes qui sunt ꝯtra deum id est ꝯtra fidem catholicam vt saracheni heretici Et cā est q2 ex quo isti inimicātur deo ideo nō debēt possidere illud qd deiest sed q2 oīa bona dei sunt ergo ⁊c Et quātū tales minus infideles hn̄t de tāto minus possunt christianitatē impugnare Secūdum gen9 q̄ pn̄t licite spoliare sunt hostes publici ⁊ hoc est ver dūmodo bellū sit iustū ⁊ iste spoliās habeat iustā cām p se sed secus esset si spolians haberet causaz iniustā Terciū genus hominū qui possunt spoliare sunt isti qui sunt ꝯtra imperatorem ⁊ hoc est ver quādo est aliq̄s ver9 imperator q defendit ecciam rhomanā sꝫ sec9 ē si aliq̄s cismatic9 violēter possideret imperiū sic ꝙ nō esset electus

Scdo notādū lrā dt ꝙ res inuēte sunt restituēde hoc intelligēdū ē sub

distinctōe vł scit cui⁹ ille res sunt vł ignorat. Si scit tūc dꝫ fieri restitutio isti si aūt ignorat tūc ē distinguēdū qꝛ vł inueniēs ē oppressus paupertate vł nō si nō dꝫ totalr dare paupibꝫ si ē oppress⁹ paupertate tūc pꝫ dꝫ dari inuētori qꝛ istd inuētū dꝫ dare paupibꝫ sꝫ cū iste inuētor sit paup igit pꝫ dꝫ ei dare

Tercio est notādum hic datur vna cautela ꝙ inuētum debet proclamari in ecclesia vtrum aliqs ibi esset qui pdidisset ꝛ si tunc iste nō repetit cuius fuit illud inuētum tūc inuētor debet facere ꝫm ꝯsiliū sui ꝯfessoris

Vltimo notandum quid sit faciendum de thezauro inuēto sub terra Respōdetur per distinctōnem vel iste tezaurus reperitur in loco proprio vel alieno si in loco proprio tunc nō tenetur ad restitutōeꝫ quia oīa sunt sua que sunt in pprio loco Si in loco alieno hoc est dupliciter vel inuenit tezaurum studiose vel casualiter si casualiter tunc partim tenetur restituere et partem reseruare Si auteꝫ studiose tunc obligatur ad totam restitutionem Item ꝫm sanctum thomam res inuenta que nunꝗ fuit in possessione alicuius sicut lapilli pciosi ꝛ gēme in littore maris iste res dātur inuenienti ꝛ nō oportꝫ ꝙ ille res restituantur sic eodem modo est de tezauro p longinqua tpa sub terrā occultata

.i.inutilr s^e tu exñs .i.tpe mortis s^e alios
Accusas frustra dānatus sub cruce fures
.i.fides adhibere s^e dānato s^e qꝛ gaudiū ē miseris
Nec credi debet tibi nec tua verba valebunt
.i.iusticia.i.ꝯdānauit .i.executor iudicij .i.petō s^e iuste occidis
Quem ius dānauit tortor sine crimine punit
.i.subtractas .i.custodiēdas s^e res
Si res furatas seruandas dem tibi quas tu
.i.noscis .i.furtiue .i.subtractas .i.securi⁹ s^e furtas
Esse scias furtim sublatas cautius illas
s^e eas .i.vinculū excōicatōis
Reddas nec teneas si banni pena sequatur
s^e pena bāni s^e custodienti s^e furē
Nō nocet illa tibi si reddere me monuisti
i.ablatū .i.vero possessori .i.reddat equalēs sibi aut suis heredibꝫ
Furatum vero domino vel quod ualet eque
s^e tu reseruotor s^e furti eo ꝙ reseruasti res ablatas
Absolui debes quia conscius inde fuisti
.i.a tali furto .i. dāna .i.occurrat .i.maiora
Inde pericla tibi ne proueniat grauiora
s^e rebꝫ .i.ānihlaris s^e custodiēs
Vt cum furatis pereas potius sine ꝗ tu
.i.manifestāte .i.delictū
Te prodente luas vicium quod tu meruisti
s^e aliqs u^e hoīes s^e hoibꝫ
Si res furentur plures et transeat ex bis

s^c hō · i · ad restitutōem · s^c qd̄ receperūt
Unus ad emendam totum dare iure tenetur
· i · efficiēs · i · delictoꝝ
Hic nō qui causa fuit inductiua malorum
s^c talis · i · q̄ nō fuit cā efficiēs
Reddat quod poterit saltem quod tanget eundem
· i · secū exn̄tes · i · ablata
Ut valet inducat cum confures reddere furta
· i · iducat s^c ablatū s^c ablatū
Confures moneat quod habent ad restituendum

Hic autor ponit alia documenta iuxta furtū ꝛ rapinam dicens postq̄ data ē sentētia mortis sup furē vel sup aliū maleficū tūc nō ē postea āpli⁹ sibi credēdum nec eius accusatōes si quas fecerit sunt aduertēde ꝛ executor iudicij nō peccat in hoc q̄ punit iuste dānatos Aliud documentū subiungitur ꝛ est istud . Si des alicui res spoliatas vel furtas vt ipē custodiat eas tunc si iste sciat eas esse subtractas tunc restituere debet caute et si iste monuit furem vt reddat illas res leso tunc eius nō nocebit excōmunicatio q̄ seq̄tur tamē ille nō debet restituere illas res vero dn̄o rerum sed magis furi ne pericula inde oriantur videlicȝ ne iste cum fure interficiatur Subdit si plures furant̄ aliquā rem tunc vnus ex istis volēs agere penitē tiam debet totum ablatū restituere si ipē induxerit alios ad furandum si aūt nō reddat inquantum potest vel ad minus illam partem que tangit ipsum Et ipē debet suos alios socios inducere inquantum potest et ipsi etiam partes eorum eodem modo restituant

Primo notandum q̄ fur dānatus ꝛ quicūq̄ dānatus ad mortem a'q̄libet actu legitimo est exclusus quare nō admittit̄ ad accusatōem sicut in foro spirituali excommunicatus nō potest esse actor vel accusator Cōsueuerunt tamē iudices seculares fures accusatos examinare ꝛ nō ad accusationem ꝛ ad testimonium furis simpliciter dānare quia accidit quodam tempore q̄ fur deberet suspendi ꝛ viditquēdam gaudere ꝛ ridere de suo suspendio quem ridentem fur considerauit ꝛ dixit esse socium suum q̄ apprehensus p̄mo suspendebatur quo facto fur fatebatur se odio accusasse illum scȝ ꝓpter risum ꝛ gaudium quod habuit de morte istius ne ergo illud amplius contingat statutuȝ est vt tales damnati ad mortē nō exaudiant̄

Secundo notandum Ille qui habet bona subtracta tenetur ea restituere non proprio domino istarum rerum sed magis furi . Causa est quia possent multa exinde prouenire pericula quod sic declaratur naȝ ipse posset cogi vt proderet furem qui postea forte interficeret̄ quod omnino malum esset cum homicidiū incurreret posset etiā contingere q̄ ipē fur ꝓpter inuidiam diceret istum fuisse socium suum. Et sic iste cum fure posset interfici vt patet in exemplo predicto ꝛ sic de alijs multis periculis que possent inde prouenire

Tercio notandū lrā dicit q̄ iste q̄ cum alijs plures res subtraxit si vult agere penitētiā tenet̄ totū restituere Sȝ tn̄ hoc intelligēdū ē sub distinctōe quia vl' iste recipiens consentit in toto vl' nō. Si nō consentit in toto tunc

nō obligat ad restitutōem totius. q2 nō fuit cā totius dāni. si aūt ɔsentit in toto sic ꝙ induxit alios ad furtum tūc obligat ad causam. q2 cōsentiēs et faciēs pari pena puniunt Et etiā si fuit causa totius dāni ꝑ inductionē alioꝝ ad furtū. tūc etiā totū tenet restituere Pro quo dubitat. Si vnꝰ ex his satisfaceret leso an tūc etiā alij obligarent ad restitutionem Rūdet ꝙ non. q2 ex quo satisfactū est leso de ablatis ⁊ subtractis. ḡ talis nō tenē-tur ad restitutionem

Quarto notandū Istud dcm̄ de reb⁊ inuētis vel subtractis. verū est si talis res sit alicuiꝰ hois fidelis. nā si res subtracta eēt alicuiꝰ sarracheni vł heretici tunc melius est ꝙ distribuitur pauperibus q̄3 ꝙ restitueret sarracheno vel heretico. Ratio illius patuit in sententia p̄cedenti

Quinto notandū ꝑ modū dubitatōnis vtꝝ subtractio cuiusmōi rei sit furtū Et videt ꝙ nō. q2 si aliq̄s in extrema necessitate reciperet panē ad comedendū ne moreret tūc illud ablatū non dr̄ furtū. q2 oīa ꝓpria in nccitate fiūt cōia. Et si tūc haberet necessitatē sic ꝓpria alterius eēnt sibi cōia. Et sic videt ꝙ illud ablatū nō sit furtū. Rūdetur ꝙ subtractio alicuiꝰ rei fit duplr. vno mō cogēte nccitate. alio mō nō. s3 ex neq̄ciosa volūtate. si p̄mo mō aliq̄s sumeret panes q̄ ess3 adeo pauꝑ ꝙ nihil haberet ꝓ quo sibi emeret nec ei cā dei eo petēte amministraret. tūc talis nō diceret fur nec tenetur ad restitutionē. ⁊ ꝑ ɔñs nō etiā faceret furtū cū tp̄e necessitatis oīa ꝓpria alteriꝰ sunt cōia. vt dr̄ Hieronimꝰ. Si nō pauisti me tp̄e nccitatis occidisti me. ⁊ si ess3 aliq̄s q̄ reciperet panē in tali nccitate. ⁊ si tunc comp̄henderet et iudex iudicaret illū hoiem ad mortē ip̄e iudex eēt verus homicida.

Sexto notandū. si vnus plurib⁊ plēs res abstulisset ⁊ ip̄e vellet satisfacere tunc dubitatur an ip̄e d3 vni totū dare an cuilib3 ꝑtem suā Rūdetur ꝙ aliter est de foro eccłie ⁊ aliter de foro conscīe. quia in foro eccłie tunc iste q̄ plus petit plus obligatur ad restitutionē. Sed in foro consciētie tūc iste plus tenetur restituere qui plus depauꝑatus est ꝑ eum. nam in cōfessione ei consulendū est ⁊ plus leso egēti subueniat q̄3 alijs habētibus. Sed in foro consciētie tunc ille q̄ ꝑ ɔsciam vellet defendere ꝙ sibi eēnt plura ablata s̄m h̄ ei restituat vł ꝙ restituat totū vni q̄ vlterius restituat

Ultimo notandū. dubitatur circa illud capłm. vtrū vsura furtum vel rapina sit licita. Et arguit ꝙ sic p̄mo de vsura. q2 in euāgelio dr̄ dñs de isto s̄uo q̄ dixit. Dñe q̄nq3 talēta tradidisti mihi ecce alia q̄nq3 superlucratus sum. cui dixit dñs. Euge s̄ue bone ⁊ fidelis. In hoc em̄ dñs videtur approbare vsurā Sed in oppositū illius habet in psalmo vbi dr̄ Beatus ē q̄ nō dedit pecuniā ad vsurā Sed de furto ⁊ de rapina habetur in exodo vbi dñs p̄cepit filijs israhel vt spoliarēt egiptiacos. ḡ videt ꝙ furtum seu res spoliata sit licita S3 in oppositū dicūt oēs iuriste extra de raptorib⁊ li. bro q̄nto Rūr ꝙ duplr p̄t capi vsura. Unoꝰ ꝓprie vic3 in bonis tp̄alib⁊. ⁊ sic capit ḡnalr Alioꝰ p̄t capi in intētionalib⁊. sicut in hītib⁊ sciētificis ⁊ virtuosis. p̄moꝰ tūc vsura siue rapina illicita ē. vt psalmista innuit in loco p̄allegato. S3 s̄cdoꝰ licita est. q2 q̄scunq3 ꝑturꝭes p̄t aliq̄s acq̄rere sp̄ est licitū S3 tūc ad rōnem dr̄ ꝙ illud dcm̄ euāgelij nō ē veꝝ de bonis tp̄alib⁊. s3 bñ de intētionib⁊ ⁊ bonis tp̄ualib⁊. ⁊ sic ꝑ q̄nq3 talēta possumꝰ intelligere q̄nq3 sensus ꝑ q̄s ille s̄uus mł̄tas sciās ⁊ virtutes acq̄siuit

sp^e alicuius terre .i.litigiū sp^e alterius terre
Si princeps ineat bellum cum principe. tu qui
sp^e ad bellū sp^e belli pncipis ĩiusta
Cogeris ire vide ne causa sit eius iniqua
.i. aliquē pncipē ꝓpter iustā cām
Quem sequeris iustum si sit circunspice bellum
sp^e iste sex ꝯditōes in lrā enūerate
Res et persona modus ac intentio causa
.i. autoritas supioris litigiū
Autor. te iustum faciunt cognoscere bellum
.i. paganis .i. licitū ē bellare
Cum sarracenis ac hereticis licet et pro
sp^e christianitate .i. p lucratōe rei pdite
Ecclesia patria vel re propria repetenda
sp^e iā dictas ꝯueniēter ab innocētibꝫ.
Has spolias licite sed ab innocuis nihil aufer

Illud est capl'm aliud in q̄ postq̄ꝫ autor determiauit de furto ꝛ rapina hic ꝯn̄ter determiat de bello iusto ꝛ ĩiusto. Et pt diuidi in tot ptes q̄t ponit documēta. pmo dr si aliqs pnceps alicuiꝰ terre vadit ad bellū cuꝫ alio pncipe alteriꝰ terre tūc si cū eo cogeret ire aliqs. talis bn̄ dꝫ respicere ꝙ iusta sit cā belli. ꝛ dꝫ ꝯsiderare rē. p q̄ fit belluꝫ psonas ꝛ modū cū intētione bellantiū. nā licitū est bellare cū sarracenis vl' hereticis. ꝛ etiā bn̄ lꝫ aliquē pūgnare p eccia vl' patria vl' p re amissa repetēda. sꝫ n̄ lꝫ spoliare inocētes

Notandū pmo. aliqs volēs ire ad bellū dꝫ diligēter aduertere vtrum iusta sit cā belli Rō est. qꝛ si cā belli iusta est tūc pt licite iuuare dn̄m suuꝫ imo q̄libet strēnuus miles q̄libet bonus decurio. ꝛ ꝯn̄ter oēs pbi subditi pncipis in tali iusto bello qd fit p eccl'ia vel p patria cū dn̄o suo dn̄t mori Si aūt cā belli essꝫ iniusta tūc nullus tenet eū iuuare. qꝛ si facit grauit' peccat. g̊ potiꝰ dꝫ eū impedire ꝛ ꝯn̄r eū informare vt ab ĩiusto bello desistat vt deuorat sanguinē ꝛ sudorē miseroꝝ absq̄ꝫ licita cā

Scdo notandū ꝙ q̄dā ꝯditōes stꝫ aduertēde ab ipo q̄ offert bellum. Primo dꝫ respicere vtꝝ bellū sit iustū ꝛ cā belli. qꝛ si cā belli eēt iniusta nō eēt licitū bellare Scdo dꝫ respicere psonā bellātis scꝫ vtꝝ sit tal' cui bellare licitū est. qꝛ bellare nō est oibus licitū sed solū regibꝫ pncipibꝫ ꝛ dn̄s terraꝝ Tercio dꝫ aduertere q̄les sint aduersarij. qꝛ nō est ꝯtra quēq̄ꝫ licituꝫ bellare. vn̄ ꝯtra thomani imperij impatorē nō est bellādū dūmō iuste defendat ecciam. simil'r nec ꝯtra monasteria nec contra viduas vel virgines Quarto talis debꝫ aduertere modū belli. scꝫ ꝙ nō sit neq̄ciosus vl' vilis. Quinto dꝫ aduertere intentionem bellantis scꝫ ꝙ ipse iustum finem intēdat Sexto dꝫ aduertere rem p qua fit bellum

Tercio nota ꝯtra sarracenos ꝛ hereticos licitū ē bellare Rō ē. qꝛ t'les arraceni heretici ꝛ alij infideles tales inimicāt deo ꝛ fidei catholice iō dn̄t debilitari inq̄ntū pn̄t vt eo minꝰ possēt nocere christianis ꝛ etꝫ vt ipsi ab errore eoꝝ possint reuocari. qꝛ in h̄ pncipes barones ꝛ milites tenent iuua

re ecclesiam ⁊ eā defendere. ⁊ oēs tales sub statuto rhomane ecclie tenent̄ mo-
ri p fide catholica ⁊ tenēt̄ oēs aduersarios catholice fidei psternere ⁊ debi-
litare vt fides vigeat ⁊ floreat ⁊ nō dicet̄ sarracenoꝝ ⁊ hereticoꝝ sed vt ob
nubelet̄ fides eoꝝ q̄propter ipi cū suis subditis si fideles manserint vsq̄
in finem coronā glorie possidebunt

Quarto notandū vt he ɔditōes melius intelligāt̄. Tūc ē sciēdū q̄ ad
iustū bellū p̄mo reqrit̄ res p q̄ pugnat̄. scȝ q̄ bellū fiat p defensiōe rhoma
ne ecclie patrie vl' rei publice. vñ qñ aliq̄ illaꝝ reꝝ est cā belli tūc bellum est
iustū Scdo reqrit̄ vt p̄dcm̄ est psona. q2 psona talis dȝ eē secularis nō re-
ligiosa. q2 religiosi nō tenēt̄ bellare. sȝ solis secularibꝫ ē ɔmissuȝ. Tercio re-
quirit̄ modꝰ ⁊ mēsura. q2 ipē bellās dȝ finē qrere ⁊ nō vlteriꝰ pcedere qđ
est ɔtra illos q̄ sunt ita crudeles ⁊ seueri q̄ nullo mō cessant a bello nisi pꝰ
totū destruūt. Quarto reqrit̄ intētio scȝ vt bellū nō fiat pter auariciā vl'
inuidiā sed q̄ fiat bona intentōe Quinto reqrit̄ cā. q2 forte iste sibi res ab
stulit. vt g̃ ecōuerso illas lucrat̄ p̄t licite bellare Sexto reqrit̄ autoritas. s.
q̄ tale bellū fiat ab autoritate supioris. mō qñ illa sex ɔcurrūt, ad bellum
tūc dr̄ iustū Si aūt aliquid illoꝝ defuerit bellū dr̄ iniustū

Quinto notandū vtꝝ etiā clericis ɔuenit bellare Rñdet̄ q̄ nō vt ha
bet̄. xxiij. q̄stiōe extra de bello duplici de cā. Primo ne p tumultus bello-
rū impediūt̄ in ɔtēplatōe diuinoꝝ scȝ in laude dei ⁊ in orōnibꝫ Scdo iō q2
clericis nō ɔpetit occidere sȝ magis eis ɔpetit vt sint pati pꝛiū sanguineȝ
effundere p christo ⁊ p pximo suo. ⁊ nō dȝ deferre arma nisi ex iusta cā vt
si trāsearꝫ p loca piculosa tūc p̄nt deferre arma ad terrorē hostiū sed nō de
bēt pcutere. vt hēt̄. xxiij. q̄stiōe p̄ma nisi vis vi repellere eos decȝ Itē si qñ-
q̄ p̄sbiter interfuerit bello iusto vl' aliq̄s clericꝰ ⁊ nō interfecit vel mutila-
uit aliquē nec cā mortis p̄stitit tūc ille sacerdos nō est degradādus vel ab
officio suspēdendꝰ. silr̄ ille clericꝰ p̄t pmoueri ad sacros ordīes saltē si ido
neus fuerit Si aūt istud bellū est iniustū ⁊ ibi hoīes fuūt occisi licȝ ipē non
egit. sed tñ ei imputabit̄ tūc non p̄t pmoueri ad sacros ordines. vt habet̄
tercia q̄stiōe p̄ma caplo vltiō Itē f'm vilhelmū. si in bello dat̄ aliq̄d clerico
de rapina et his q̄bus licuit hoc p̄t tenere si bellū est iustum. Si autē p se
reciperet aliquid tūc hoc total'r tenet̄ restituere

Ultimō dubitat̄ vtꝝ subditi possint mouere bellū. Rñdet̄ si miles hȝ
aliquid contra comitē tunc p̄mo reqrenda est autoritas regis vel supio-
ris. Et si tunc illa causa discuti non potest bellum cōmittitur

.i. innocētes
O bellatores cur innocuos spoliatis
sp^e eos spoliando magis
Acceditis miseros et eis plus hoste nocetis
.i. friuole ptegitis
Errores vestros temere defenditis ⁊ sic
.i. loqmini sp^e illud nutriamur
Dicitis accipere nos quo pascamur oportet
sp^e ipsis nutrimentū sp^e vrm̄ nutrimētū
Si vobis et equis alimentum queritis vltra

spᶜ in eoꝝ domibꝫ .i.licētiā
Tollere quicq̄d habent homines quis prestitit ausum
.i.cū nr̄is monitōibꝫ spoliū raptoribꝫ
Nostris consilijs ipsum vobis inhibetur
.i.ꝑmittim⁹ vob spoliū spᶜ bellatores necāria cā
Saltem consulimus dum vos trahit ardua causa
.i.in rapiēdo incontēti
Accipiendo graues ne scitis et immoderati
.i.cliētibꝫ ꝛ stipēdarijs ꝓhibetis
Heu seruis vestris spolium cur non inhibetis
spᶜ magꝭ admittitꝭ fuoꝝ exsoluetis
Sed consentitis horum scelus ergo luetis
.i.oē illō spᶜ ꝯtra deū
Totum restituas quod in illicito rapuisti
.i.in ambiguitate belli
